



**Totius Iuris Canonici Compendium, Siue, Brevis Summa In  
Quinque Libros Decretalium Sacri Concilii Tridentini  
Decretis Accommodata**

In Qua Iuris Canonici Primae Institutiones, seu Elementa ita traduntur, ut  
plurima breuiter ac decisiuè explicentur, & Canonum, Glossarum, ac  
Doctorum receptorum auctoritate communiantur ...

**Axel, Johannes Honorius van  
Coloniae Agrippinae, 1656**

De sacrâ unctione. Titulus XV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61552](#)

*Corp. vit. ord. &c. c. nisi cum pridem §. persona de renunciat. Si maioribus ordinibus, propter occulta sua delicta, farentur se indignos, inferiores præferuntur eisdem, & non in alijs Ecclesiæ seruitijs, valde utiles fuerint, ause-runtur, eis beneficia, & alijs conferuntur, d. c. quatuor §. statuentes c. fin. 74. dist. late de his glo. mag. in summa 74. dist. & in c. licet canon. in verb. priuatus de elect. in 6. & ibidem DD. Monachi*

**12** *† quilibet ad monitionem abbatis, ad omnes sanctos ordines promouentur excusatio-ne legitima cessante, Clem. ne in agro § penult. de stat. monach. quam si habet monachus, & non exauditur, supplicet, vel apppellat ad superiorem abbatis, ad instar serui sup-plicantis contrâ dominum, I. i. C. de presib. Imper. offr. c. de priore de appell. c. nullus de iure pat.*

**13** *Can. in d. clem. ne in agro §. penult. facultates † de non promouendo præterquam in casibus in iure expressis, concessæ ad annum tantum suffragantur, c. facultatis el. 2. seb. 7.*

## De sacraunctione.

## Titulus XV.

## S V M M A R I A.

- 1 Summi Pontificis caput chrismate consecratur.
- 2 Imperatorem examinat, inungit, consecrat, & coronat Papam.
- 3 Reges quinam inungantur.
- 4 Regis brachium oleo delinitur.
- 5 Episcoporum caput & manus chrismate delinuntur.
- 6 Sacerdotum manu oleo inunguntur.
- 7 Christiani omnes his annis baptismum inunguntur oleo, & bis post baptismum chrismate.
- 8 Ecclesia visitur inunctionum consecratur altare, dedicatur templum, benedicitur calix.
- 9 Romanus Pontifex non visitat baculo.

**E**X electis, ordinandis, & præficiendis, quidam inunguntur, ideo subiungit de-

sacraunctione. Caput † sommi Pontificis chrismate consecratur, quia personam capitatis in pontificali officio representat. Ius † & authoritas examinandi personam, à septembris principibus Germania electa in regem Roman. & promouendam ad imperium, ad summum Pontificem spectat, qui eum inungit, consecrat, & coronat, c. venerabilem de elect. Restau. Caſtald. de imperat. q. 17. & seqq. plurima sunt imperatori referuata cumulata per Restaurum Caſtaldu in tract. de Imperat. quæſt. 110. Reges dicuntur propriæ vngi, impropriæ vero consecrari, sed Episcopi dicuntur propriæ consecrari, & † 3 quatuor reges duntaxat de iure vnguntur, Hierosolomytarum à Patriarchâ, Francorum ab Archiepiscopo Rhemensi, Anglorum à Cantuariensi, & Siculorum ab Archiepiscopo Barensi, summo Pontifice, vel alio Episcopo, aut Cardinale, cui sumimus Pontifex pro tempore committit, vt constat ex historijs regni Neapolitani; alij vero non nisi ex privilegio eis competit, Prob. ad monach. inc. 2. n. 3. & 4. de præbend. in 6. Brachium † regis oleo delinitur, sive humerus & vel armus, in quibus principatus propriæ de-signatur: c. i. §. unde in veteri hoc tit. Caput † & manus Episcoporum chrismate delinuntur, per caput mens intelligiunt, per manus opera, d. c. i. in princ. Sacerdotum † manus oleo inunguntur. Omnes † Christiani vnguntur bis, ante baptismum oleo benedicto, primum in pectore, deinde inter scapulas, & bis post baptismum chrismate sancto, primum in vertice, deinde in fronte, c. i. §. quia vero, In confirmatione frons ch. istmatur; d. c. i. §. penult. c. i. §. fin. decogn. spirituali; in 6. & ibi gloss. in verb. frontis. Item † 8 ecclesia visitur inunctione, cum consecratur altare, dedicatur templum, benedicitur calix, d. c. i. §. fin. Extremam inunctionem infor-mo

mo conferre potest, Sacerdos solus, vel uno prælente clero, c. quæ si ut de verb. signif. c. visum & c. seqq. sess. 14. damnato ad mortem non confertur, Gemin. in c. super eo num. 6. de heret. in 6. Franc. Marc. quæst. 10. num. 3. g part. 2. Romanus † Pontifex non vtitur baculo pastorali, tum propter historiam sancti Martialis, quem Sanctus Petrus misit cum sancto Matthæo, vt dicit glo. siue cum Beato Materio qui fuit primus Treuirense. Archiepisc. vt dicunt Hostiens. Zab. & DD. ad Prædicandum in Germaniam, qui cum iret, mortuus est, & rediit collega ad Petrum, cui Petrus ait, accipe baculum, & tangens eum die, vt in nomine Domini surgat, & prædicet, & iuit, quadragesimo die, à mortis tempore, tetigit eum, resurrexit, prædicavit, & ita sanctus Petrus removit à se baculum, & dedit subditis, tum propter myticam rationem, quia potestate accipit à solo Deo. d. c. 1. §. fin. in fine.

De sacramentis non reiterandis.

### Titulus XVI.

#### S V M M A R I A.

- 1 Baptismus, ordo, & confirmationis non reiterantur, sed cautè suppletur, quod incautè fuit intermissum, cetera possunt reiterari.
- 2 Episcopi & superiores ieiuni conserunt sacramenta ordinis & confirmationis ieiuniis & confessu, reliqua sacerdotes.

**N**on sacramentis quæ reiterantur, si vñctio fit in eis, reiteratur vñctio, alias non reiteratur vñctio, ne iniuria fiat Sacramento prius collato, c. ostenditur de consecrat. dist. 4. o. Sacmenta 1. quæst. 1. Sacmenta sunt septem, his versibus designata:

Abluo firmo, cibo, piget, vxor ordinat, vngit.  
Ordo voluntatis ichorus est, dant quinque necessaria.

c. veniens & ibi post gloss Pan. num. 1. ante §. Host. in princ. & Can. de transact. Quæ reiterati poslunt, & quæ non, sequens versus indicat, † Fons, ordo, chrisma, c. dictum &c. seq. de 1 consecr. dist. 5. non, cetera sunt reiteranda; in primis non est aliquid reiterandum, sed cautè supplendum, quod incautè fuit intermissum, c. 1. & c. fin & ibi Pan. in fine Butr. numer. 12. ead. & ibi late Bosk. per totum, & quidem statuto tempore, ad huiusmodi ordines conferendos, d. c. fin. hostit. & cum eisdem solemnitatibus, c. 1. de sac. vñct. Sacramenta † ordinis, dictum est supra de temp. 2 ordin. & quali ord. in prin. & confirmationis, c. 1. §. per frontis de sac. vñct. c. de his & c. manus de consecr. dist. 1. ieiuniis & confessis, ieiuni conserunt Episcopi & superiores; c. vñctum &c. seq. de consecr. dist. 5. reliqua Sacerdotes, baptismi quilibet virgente necessitate, c. ad limina 30. quæst. 1. c. in necessitate de consecr. dist. 4. imo etiam absque necessitate, sed tunc ei poena venit imponenda, gloss. in d. c. ad limina in verbo cogente.

De filijs presbyterorum ordinandi vel non.

### Titulus XVII.

#### S V M M A R I A.

- 1 Illegitimi non promouentur ad ordines vel beneficia.
- 2 Legitimi filij clericorum non assumuntur ad beneficia quæ patres immediatè habuerunt.
- 3 Cum illegitimis dispensat ius.
- 4 Summus Pontifex.
- 5 Episcopus ad minores ordines & simplex beneficium.
- 6 In dispensatione quæ fit à Papa vel Episcopo exprimenda est species illegitimitatis, & eius qualitas.
- 7 Est odioja & strictè intelligenda.
- 8 Legi-

M 3

8. Legi-